

zu 005

O. i. 840 (1-101).

DIVINI NUMMI

NIS AVXILIO, PRAESIDIBVS

CLARISSIMIS ET CONSULTISS. VI-

RIS, D. IOHANNE MICHAELIS CRONENBURGE-

ro, & D. IOHANNE HOLLANDT SS. LL. LICENT. DICTATORE &

FISCO, in publico celeberrimæ Academiæ Coloniensis

iuridicæ facultatis Collegio, pro laudabili & rece-

pta consuetudine ad subsequentes The-

ses propositas

EX TIT. FF. ET C. DE FIDE

INSTRUMENTORVM RESPON-

DEBIT.

IOHANNES A LOE.

*Annoredemptionis humane CI<sup>o</sup>. I<sup>o</sup>. LXXXVII.*

*IIII. Non. April.*



COLONIAE AGRIPPINAE Kkk  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONTINVATTO

Faint, mostly illegible text in a historical script, possibly Latin or German, with some larger, bolded words like 'JOHANNES A LOE' and 'DE FIDE'.



## CONTINUATIO.

**Q**UUM superiori disputatione satis superq̄ de Probationibus in genere dictum sit; iusta nunc methodi ratio postulat, ut ad earum species descendamus: Et quidem in presenti de prima specie, quæ per instrumenta fieri solet, agendum erit.

quia probatio per instrumenta validior & dignior est, quam ea quæ per testes fit l. si alterius C. si min. se mai. dix. l. census vbi Costal. ff. de prob. l. testium C. de testib. l. generaliter C. de non num. pec. l. fin. C. arb. tutel. l. hac consultissima §. at cum humana C. qui test. fac. pos. Accurs. in rub. ff. h. t.

### THESIS I.

**V**OX instrumenti generalis est, quandoq̄ enim instrumentum dicitur idipsum, quo opus aliquod efficitur, (a) quandoq̄ apparatus rerum quo fundus vel alia res instruitur, (b) quandoq̄ etiam pro certa humani corporis parte sumitur, (c) Deniq̄ instrumentorū nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest: Ideoq̄ tam testimonia, quàm personæ, instrumentorum loco habentur. (d)

(a) Duaren. c. i. h. t. (b) l. quæsitum & t. t. ff. de instr. & instrum. legat. (c) c. ex literis & c. fraternitatis ext. de frig. & malef. (d) tex. in l. i ff. h. t. & in l. notionem 99. §. instrumentorum & ibi glo. & Bart. ff. de V. S. & in c. peruenit 4 ext. de testib. cog. sic & vocabulum documenti accipitur in l. in extraneos, C. de don.

#### II.

Hic elegans moueri solet quæstio: An testes sub statuto de Instrumento loquente contineantur? Et eos non contineri affirmo.

Mascard. de probat. quæst. 6. nu. 107. vsque ad nu. 118. VVes. in par. h. t. n. i.

#### III.

Instrumentum verò hoc in tractatu nihil aliud est, quam scriptura ad rei probationem facta.

l. contrahitur, 4. ff. de pign. l. 4. ff. h. t. l. cum te, 5. C. de transact. Sichard. ad Rub. C. h. tit. nu. 2. Duaren. d. cap. i.

#### IIII.

Instrumenta in publica & priuata diuido: (a) publica dicuntur, quæ à publicis personis ritè conficiuntur, (b)

(a) l. scripturas C. qui pot. in pig. hab. l. instrumenta C. de probat. (b) VVesemb. in par. ff. h. t. nu. 2. & 3. Duar. cap. 2. h. t.

#### V.

Hinc Notarios, cum personæ publicæ sint, (a) instrumenta conficere, (b) quinimò prestita tamen pecunia, (c) cogi eos posse (d) concludo.

(a) l. 32. C. de episc. audient. (b) §. sed & si, §. si vero moriantur, §. in his in auth. h. t. l. in fraudem 45. §. quotiens, ff. de iur. fisc. c. inter dilectos, ext. h. t. & c. (c) arg. l. sed si 7. ff. quæ ad. test. ap. l. si seruus 61. §. quod vero ff. de furt. c. cum ex officij 16. ext. de præscrip. Bart. in l. argentarius nu. 2. ff. de edend. (d) arg. l. i. ff. de testib. & l. si quando C. de testib. iunct. l. in excr-

in exercendis, C. h. t. Bart. in l. numerum, §. iudicandi, ff. de mun. & honor. Bald. ad rub. C. h. t. nu. 3. & ibi Sichard. nu. 3.

#### VI.

*Omnes qui à iure non prohibentur in notarios creantur. Ideo, serui, (a) clerici, Monachi, (b) foeminae, (c) infames, (d) indocti, (e) tabelliones esse nequeunt.*

(a) l. generali, C. de tabul. lib. 10. (b) text. in c. licet, ext. ne cleric. vel monach. secul. neg. se immis. v. Couar. cap. 19. pract. quæst. nu. 5. (c) quia officium tabellionum virile & publicum est d. l. generali & ibi Dd. à quo foeminae remotæ sunt, l. foeminae 12. ff. de edend. l. 2. ff. de R. l. l. i. C. quand. mul. tutel. off. fung. pot. l. 1. §. sexum, ff. de postul. (d) l. 3. ff. de testib. iunct. l. domitius ff. de test. l. vnic. C. de mand. princ. iunct. l. 2. C. de dign. lib. 12. & c. v. Did. Couar. d. cap. 19. nu. 5. (e) quia leges scire debent arg. l. iubemus, §. his tabellionibus C. de SS. eccles. l. 2. C. de enuch. l. fin. C. vt nem. ad suum patroc. lib. 11 gl. & Bart. num. 7. in d. l. generali.

#### VII.

*Instrumenta in qualibet materia, sicuti testamenta, fieri posse assero.*

l. 1. & ibi Bart. ff. de bon. poss. secund. tab. §. nihil, & ibi Dd. inst. de testam. Hodie tamē in membranis scribi debent. Mynsing. cent. 1. obf. 80.

#### VIII.

*De actibus omnibus, (a) nisi lege statutoq; prohibeantur, (b) instrumenta conficiuntur. Quamuis ad rei gesta substantiam non pertineant. (c)*

(a) l. 2. C. de edend. c. quoniam ext. de probat. l. gesta C. de re iud. l. actus, 8. C. de feri. l. contractus, C. h. t. l. 4. ff. de pign. (b) l. iubemus §. his tabellionibus, C. de SS. eccles. c. 1. §. callidis de prohib. feud. alien. per Frid. l. 2. C. de enuch. l. iubemus, 29. in fi. C. de testam. V Vef. in par. ff. h. t. nu. 4. (c) Duar. c. 4. h. t. Donell. c. 2. h. t.

#### IX.

*Quare scriptura non ex necessitate quadam, (a) sed melioris probationis ergo accedere dicuntur, (b) eoq; instrumenta regulariter (c) voluntatis esse arbitror. (d)*

(a) l. pactum, 17. C. de pact. l. cum te, 5. C. de transact. l. non ideo, C. fam. circ. l. instrumentis, 9. l. 10. C. h. t. l. minus, C. de acquir. poss. l. quotiens, C. de rei vind. l. nō idcirco, C. de cont. empt. l. cum res, 12. l. proprietatis, 4. C. de probat. l. in extraneas, 29. C. de don. §. alia autem, inst. de donan. l. fin. C. de comm. rer. alien. l. non idcirco, 12. C. h. t. l. contractus, 24. C. de loc. & conduct. (b) l. 4. ff. de pig. l. in re hypothecæ 4. cum l. seq. ff. h. t. d. l. cū te, 5. C. de transact. (c) v. Glo. in c. 1. in verbis in scriptis, de censibus, lib. 6. (d) V Vef. in par. ff. h. t. nu. 3. per l. 4. ff. de pignor. & l. contractus, C. h. t.

#### X.

*Instrumenta nisi solennitates, videlicet, inuocationem diuini nominis, (a) nomen Imperatoris, (b) indictionem currentem, (c) annum, (d) mensem, diem, (e) locum, (f) subscriptionem tabellionis, (g) eiusq; sigillum, (h) habeant, publica non dicuntur. (i)*

(a) N. 47. c. 1. c. in nomine, & ibi gl. dist. 23. arg. l. vnic. C. de off. præf. præ. Spec. de inst. edit. §. 1. Bart. in repet. §. si initium nu. 7. l. si quis ex argentarijs ff. de edend. Bernard. V Valterus, lib. 2. Mis. c. 1. (b) c. 1. d. N. 47. glo. in l. generali C. de tab. lib. 10. (c) c. 1. d. N. 47. c. inter dilectos ext. h. t. §. quantum auth. quib. mod. nat. fil. eff. leg. Lanfr. in c. quoniam in verbis instrum. productiones, n. 11. 12. & 13. ext. de probat. (d) d. §. quantum, Glo. in c. 1. in verbo, auctore, d. N. 47. Couar. c. 20. pract. quæst. nu. 2. (e) c. 1. d. N. 47. Glo. in d. l. generali Bart. in repet. d. §. si initium n. 16. & 23. Couar. d. nu. 2. in fin. Schurff. conf. 54. nu. 6. cent. 2. l. si

2. l. si qua, C. de diuers. rescript. Bart. in l. 2. §. item Labeo, n. 2. ff. de aq. pl. arc. (f) arg. l. opti-  
mam, & ibi glo. in verbis, in eo die C. de cont. stip. & 4. item verborum & ibi gl. in ff. de in-  
util. stip. Bart. ad d. N. 47. n. 7. & 8. & in repet. d. §. si initiū n. 6. (g) N. 44. gl. in d. l. genera-  
li, (h) l. fin. C. de ass. §. oportet, auth. h. t. Bart. in repet. d. §. si initium nu. 32. & ad N. 47.  
num. 9. (i) Sichard ad l. scripturas, nu. 16. C. qui pot. in pig. hab. Hip. de Marf. in rub. C. de  
prob. num. 281.

### XI.

*Hoc loco incidit quæstio: an subscriptio tam contrahentium, quam testium necessaria sit? Ego eam necessariam non esse existimo.*

text. in §. sed & li, Nou. h. t. & ibi gl. in verbo adijciatur & glo. in §. si vero absunt in ver-  
bo quantum, N. 1. & in l. in donationibus in verbo subnotatione, C. de donat. Dida. Co-  
uar. c. 20. pract. obs. n. 4. VVcfemb. in par. h. t. nu. 5.

### XII.

*Subsequenter quero. Quot testes in instrumentis requirantur? Ego duos sufficere defendam.*

text. in d. §. sed & si, & ibi glo. & Bart. nu. 1. & 2. iunct. l. vbi numerus ff. de testib. Bald. ad  
rub. C. h. t. nu. 39. glo. in c. 2. ext. h. t.

### XIII.

*Notarius instrumenta coram partibus legere (a) ijsq; tradere debet. Partes vero in-  
strumenta communia vel apud seniores, (b) vel digniores deponere debere asseuero.*

(a) gl. in l. fideicommissa in verbo quotiens & ibi Bart. ff. de leg. 3. Menoch. de arb. iud.  
lib. 2. cen. 2. cas. 43. n. 9 (b) l. fin. ff. h. t. Mynsing. cent. 4. obs. 37. in fin. (c) d. l. fin. l. procura-  
tor 7. & ibi gl. Bart. Bald. C. de edend.

### XIV.

*Traditione igitur facta, si notarius errorem in instrumentis commissum non correxe-  
rit, (a) partibus ad interesse tenebitur, (b).*

(a) v. Bart. in l. si librarius. ff. de R. I. & in l. Imperator, ff. de stat. hom. Sichard. ad rub.  
C. h. t. nu. 8. (b) l. fin. C. de magist. conueniend. arg. l. si iudex ff. de var. & ext. cogn. Sichard.  
ad d. rub. nu. 10. Schneid. ad princ. Inst. de obl. quæ ex q. delict. nasc. nu. 10. & ibidem Myn-  
sing. nu. 5.

### XV.

*Instrumenta secundum prædicta confecta, quin plenam fidem, etiam tabellione testi-  
busq; mortuis, faciant, nulla est dubitatio: (a) Executionem tamen paratam non ha-  
bent. (b)*

(a) tex. in c. 2. ext. h. t. gloss. in l. 2. ff. quemad. test. ap. Duar. c. 3. h. t. (b) l. minor. 40. ff. de  
min. Menoch. lib. 2. de arb. ind. cas. 17. Sichard. in l. odiosas nu. 4. C. de plus petit, Eberh. in  
loc. leg. in loc. à Ratione legis & c. nu. 13.

### XVI.

*Hæc ita intelligi volo, si authentica atq; originalia instrumenta producantur. (a) Ete-  
nim exemplis (b) nisi certis casibus, (c) fides habenda non est, adeo vt etiam fiscus nemi-  
nem ex exemplo siue indice conuenire valeat (d).*

(a) c. 1. ext. h. t. l. sancimus, C. de diuers. rescript. Azo in sua summa C. h. t. n. 5. (b) d. l. san-  
cimus,

cimus, l. procurator, & auth. si quis in aliquo documento, & ibi Dd. C. de edend. (c) vide  
Mynf. obs. 73. 74. & 75. cent. 6. (d) text. in l. 2. ff. h. t.

### XVII.

*Instrumenta vsq; ad conclusionem in causa producuntur.*  
c. cum dilectus, ext. h. tit. Couar. c. 20. pract. quaest. num. 8. Marant. de inst. prod. part. 6.  
nu. 26.

### XVIII.

*Quandoq; ea etiam post conclusionem, si quis scilicet noua instrumenta se inuenisse di-  
cat, (a) produci posse, (b) affirmo.*  
(a) l. admonendi, 32. ff. de iureiur. & ibi Dd. Mynsing. cent. 2. obs. 53. Couar. c. 20. pract.  
quaest. nu. 8. (b) v. Mynsing. cent. 6. obs. 56. nu. 7. & seqq.

### XIX.

*Instrumenta quibus quis vsurus est, sine die & consule aduersario edi debent.*  
l. 1. §. editiones & §. edenda, ff. de edendo, l. 2. §. diem ff. testam. quemad. aper. c. contin-  
git, ext. h. t.

### XX.

*Sed quid dicendum si quis instrumento uti velit, eaq; ex causa in iudicio producat, po-  
stea vero ipsum productionis poeniteat, an illud contradicente aduersario auferre possit?  
Quod nego.*  
Didac. Couarr. c. 20. pract. obs. nu. 7. Mynf. cent. 6. obs. 76.

### XXI.

*Instrumentum publicum fidem facit, nisi vel falsum, (a) vel cancellatum, (b) vel sibi  
ipsi contrarium esse (c) doceatur.*  
(a) l. cum precibus, C. de prob. l. iubemus eod. tit. l. 2. C. h. t. l. fin. C. plus val. quod ag.  
quam quod sim. conc. (b) l. fin. & ibi Dd. C. de ed. D. Hadrian. toll. (c) l. vbi repugnātia, ff.  
de R. I. gl. Bart. Sichardus in l. scripturae, 14. C. h. t.

### XXII.

*Quinimò is, qui falsum instrumentum producit, eoq; utitur, de falso tenetur.*  
text. in l. iubemus, C. de prob. l. si aduersarius, C. h. t. glo. in l. 2. in verb. non conuenit,  
ff. h. t.

### XXIII.

*Hinc nascitur quaestio, an quis instrumento, ex quo alius falsi conuictus est, & non ap-  
pellauit, uti possit? Quod affirmo.*  
text. in l. 2. & ibi Dd. C. h. t. & in l. 1. ff. de excep. rei ind. & ratio est, quia res inter alios  
acta alijs nocere non debet, tot. t. C. res int. ali. act. & t. t. C. quib. res iud. non noc. l. saepe,  
ff. de re iud.

### XXIV.

*Diuersa quoq; scriptura ab vna eademq; parte producta, nihil firmitatis habere  
possunt.*  
text. in l. scripturae & ibi Dd. C. h. t. & in c. imputari ext. h. t.

*An autem*

## XXV.

*An autem d. l. scriptura. C. h. t. in rustico, muliere & reo, procedat? queritur. Et procedere affirmo.*

Bald. in d. l. scriptura, nu. 8. & 9. & ibi Sichard. nu. 1. 2. & nu. 5.

## XXVI.

*Instrumentum tam testibus instrumentarijs, (a) quàm non instrumentarijs, (b) reprobari posse non dubito. An autem instrumentum duobus testibus in eo non descriptis improbari possit? subsisto, (c) Et posse affirmo. (d).*

(a) arg. §. si quis neget. l. i. ff. quæ ad. test. ap. v. Bart. in d. §. si quis neget nu. 6. & 8. & in l. in exercendis, nu. 4. & 8. C. h. t. Zas. lib. 2. sing. resp. c. 23. nu. 11. Menoch. de arb. ind. lib. 2. c. 2. cas. 105. nu. 9. & 24. (b) l. optimam, C. de cont. stip. §. item verborum inst. de inutil. stip. c. tertio loco, ext. de probat. (c) propter varias Dd. opiniones quas Menoch d. loc. nu. 37. vsque ad num. 43. recenset. (d) tex. in d. l. optimam, & in d. §. item verborum, & in d. c. tertio loco, & in c. tam literis, ext. de testib. iuncta l. vbi numerus ff. de testib. Zas. d. c. 23. n. 13. Did. Couar. lib. 2. variat. resol. c. 13. n. 10. vers. prima conclusio et c. 20. pract. quæst. nu. 6. Schurff. conf. 87. nu. 5. cent. 1. Eberh. in loc. leg. in loc. a vi num. nu. 5. Sichard. in d. l. in exercendis, nu. 6. Dissentiunt gl. in l. in exercendis, C. h. t. & in d. l. optimam, et in d. §. item verborum, et in d. c. tertio loco, et in c. cum Ioannes ext. h. t. Azo in sua summa C. h. t. nu. 12. Nellus de S. Gem. in tract. de testib. n. 228. Myns. obs. 39. cent. 4. Bart. in d. §. si quis neget. nu. 12. & in d. l. in exercendis nu. 15. quem Menoch. d. loc. nu. 42. sequitur.

## XXVII.

*Hæc vera sunt, nisi testes instrumentarij, vel his non extantibus, alij fidem instrumenti adiuuarent; tunc enim non per duos, sed plures & meliores testes, quam hi, qui pro instrumento testantur reprobari debet.*

l. ob carmen, §. fin. ff. de testib. Zas. d. c. 23. nu. 15. vers. hæc adfertio Ioh. Faber, in d. §. ite verborum. Sichard. d. loc. nu. 9. Menoch. d. loc. nu. 45.

## XXVIII.

*Hæc de publicis instrumentis satis dicta sufficiant; sequuntur priuata, quæ à priuatis personis conficiuntur.*

Sichard. in l. instrumenta nu. 4. C. de probat.

## XXIX.

*Instrumenta priuata ad probationem, nisi trium testium subscriptionem contineant,*

*(a) sola non sufficere (b) arbitror.*

(a) l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab. (b) l. instrumenta, l. rationes, l. exemplo, l. non epistolis, C. de probat. l. nuda ratio ff. de don. l. 25. in fin. ff. de prob. c. si cautio ext. h. t. et c. 2. cod. tit. l. Lucius 24. l. publica §. Lucius, ff. de pos. auth. si quis C. qui potior, habe. in pig. §. sed & si quis, & §. si tamen Nouel. h. t.

## XXX.

*Per instrumenta, (a) vel etiam duos testes (b) reprobantur.*

(a) l. optimam, C. de cont. stip. §. item verborum inst. de inutil. stip. l. nihil tam naturalc,

rale, ff de R I. (b) d. l. optimam, & d. §. item verborum, gl. in l. exercendis, C. h. tit. Azo in  
sua summa C. h. t. nu. 12. in fin.

XXXI.

*An autem solennitates publici instrumenti requirant? quæri hic solet. Et negative  
respondendum existimo.*

l. pen. §. quæsiit, & ibi Bart. & Costal. ff. de pignor. l. publica §. Lucius, ff. de pos. Bart. ad  
Nov. 47. n. 6. Iohan. Faber in §. item verborum inst. de inutil. stip. gl. in l. scripturas, C. qui  
pot. in pign. hab.

XXXII.

*Deficientibus probationibus comparationi adhuc, contra instrumentum, tam publi-  
cum, quam priuatum, (a) locus est.*

(a) l. comparationes C. h. t. auth. ad hæc, C. h. t. §. si quis igitur, §. sed & si quis §. si vero  
morianitur, §. si vero nullus in auth. h. t. Azo in summa C. h. t. nu. 6. & 7.

XXXIII.

*Ex priuato autem non aliter fit, nisi trium testium subscriptionem contineat, (a) vel  
aduersarius eo pre se utatur. (b)*

(a) d. l. comparationes & ibi gl. in verbo subscriptiones. Azo d. loc. num. 7. Bart. in §. si  
quis igitur nu. 6. No. h. t. (b) tex. in auth. ad hæc & ibi Dd. C. h. t. §. illud auth. de his qui  
ing. ad appell.

XXXIV.

*Solam litterarum comparationem plenam fidem non facere concludo.*

text. in §. si quis igitur, & in §. sed & si quis & in §. si vero tale, & in §. si vero nullus, N.  
h. t. & in auth. ad hæc, C. h. t.

## COROLLARIA.

I.

*Instrumentorum amissio parti non præiudicat, si probatio per testes, vel alios legitimos  
modos fieri possit.*

rex. in l. 1. et in l. 4. et in l. sicut, §. et in l. statū 6. et in l. si solennibus, 7. et in l. si cōstitit, et  
in l. cum instrumentis 10. et in l. emancipatione, C. h. t. l. cum circa 12. C. de iur. dot.

II.

*Veritas potius quam scriptura inspicienda est.*

l. 1. & t. t. C. plus val. quod ag. quam quod sim. concip. & ibi Dd.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





DIVINI NUMMI  
 NIS AVXILIO, PRAESIDIBVS  
 CLARISSIMIS ET CONSULTISS. VI-  
 SIS, D. IOHANNE MICHAELIS CRONENBURGE-  
 O, & D. IOHANNE HOLLANDT SS. LL. LICENT. DICTATORE &  
 FISCO, in publico celeberrimæ Academiae Colonien-  
 sis iuridicæ facultatis Collegio, pro laudabili & rece-  
 pta consuetudine ad subsequentes The-  
 ses propositas  
 EX TIT. FF. ET C. DE FIDE  
 INSTRUMENTORVM RESPON-  
 DEBIT.  
 IOHANNES A LOE.  
*Annore demptionis humane CIJ. IJ. LXXXII.*  
*IIII. Non. April.*



COLONIAE AGRIPPINAE Kkk  
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

